

Gospel for St. Bartholomew

Tonus antíquior

D Ominus vobíscum. R. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. R. Glóri-a tibi Dómine.

I -n illo témpore: Exi-it Jesus in montem oráre, et erat pernóctans in

ora-ti-óne De-i. Et cum di-es factus esset, vocávit discípulos su-os, et

e-légit du-ódecim ex ipsis (quos et Apóstolos nominávit): Simónem,

quem cognominávit Petrum, et André-am fratrem ejus, Jacóbum et

Jo-ánnem, Phi-líppum et Bartholomæ-um, Matthæ-um et Thomam,

Jacóbum Alphæ-i et Simónem, qui vocáatur Zelótes, et Judam Jacóbi, et

Judam Iscari-ótem, qui fu-it próditor. Et descéndens cum illis, ste-tit in

loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copi-ósa
plebis ab omni Judáe-a, et Jerúsa-lem, et marí-tima, et Tyri, et Sidónis,
qui vénerant ut audírent e-um, et sanaréntur a languóribus su- is. Et qui
vexabántur a spi-rí-tibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat
e-um tángere, qui-a virtus de illo exíbat, et sanábat omnes.